Dr. P. Blasius Pfiz. S. O. Cist.

RITUALE

AD USUM

MONIALIUM S. BERNARDI

ORDINIS CISTERCIENSIS

IN MONASTERIO

SANCTÆ SUSANNÆ

VIRGINIS, ET MARTYRIS

AD THERMAS DIOCLETIANAS

MILITANTIUM

SUB REGULA SANCTI PATRIS BENEDICTI ABBATIS.

ROMÆ MDCCLXXXVIII.

TYPIS JOACHIM PUCCINELLI.

SUPERIORUM FACULTATE.

SOLEMNIORUM EXCOLITATE.

TATIS IOACHIM VOCCINELLI

ROMAE MDCCLXXXVIII.



SUB AUSPICIIS SANCTI PATRIS BENEDICTI ABBATIS.

MISSIONUM

AD TRIBUNAL DIOCLETIANUS

VIRGINIS ET MARTYRIS

SANCTAE SUSANNAE

IN MONASTERIO

ORDINIS CISTERCIENSIS

MONIALIUM S. BERNARDI

KITUAE

RITUS

Servandus in receptione Puellarum ad habitum probationis

IN NOSTRO MONASTERIO S. SUSANNÆ VIRGINIS, ET MARTYRIS DE URBE.

Hora præstituta Episcopus indutus vestibus Pontificalibus, ascendit ad Altare, & sedet cum mitra in faldistorio, ad quem accedens Concionator genuflexus petat benedictionem, qua accepta, pergat ad locum persoluturus Sermonem, eoque expleto, Virgo vestienda genuflectit ante Episcopum, qui statim imponit capiti ejus Coronam, & Crucem ei tradit, & interim a Monialibus cantatur Antiphona.

Veni Sponsa Christi accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.

Deinde associatur ab eodem Episcopo ad januam Monasterii, ipsa manutenente extremitatem stolæ. Cum pervenerit ad dictam januam genuflexa osculatur gradus, & ingreditur Monasterium. Episcopus rediens ad Ecclesiam accedat ad cratem, ubi sedeat cum mitra, & Monachanda intus genuflexa interrogatur ab Episcopo.

Quid petis Filia in Christo Charissima?

Illa respondeat.

Unam petii a Domino, hanc requiro, ut inhabitem in hac domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Si plures fuerint, omnes eodem modo respondeant.

Episcopus subjungit.

Poteris observare Regulam & modum vivendi Monialium hujus Monasterii S. Bernardi Ordinis Cisterciensis?

Respondit.

Potero, adjuvante Dei gratia.

Episcopus dicit.

Confirmet te Deus in hoc sancto Religionis proposito.

Mox Episcopus deposita mitra genuflexus intonat.

Veni Creator Spiritus

Monialibus prosequentibus.

HYMNUS.

VEni Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita:
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.

Surgunt omnes manente Monachanda genuflexa.

Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et Spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,
Digitus Paternæ dexteræ,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus:
Infunde amorem cordibus:
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longiùs,
Pacemque dones protinus:
Ductore sic Te prævio
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem,
Noscamus, atque Filium,
Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

Episcopus stans sine mitra dicit.

℣. Emitte spiritum tuum, & creabuntur,
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Salvam fac Ancillam tuam,
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto,
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis,
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea,
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam, ℟. Et

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

DEus, qui corda Fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da huic famulæ tuæ in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

OREMUS

OMnipotens sempiterne Deus miserere huic Ancillæ tuæ, & dirige eam secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ, ut te donante, tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEus, qui per coæternum tibi Filium cuncta creasti, quique Mundum peccatis inveteratum per Mysterium Incarnationis renovare dignatus es; te suppliciter exoramus, ut ejusdem Domini nostri gratia super hanc famulam tuam abrenunciationem sæculi profitentem clementer respicere dignetur; per quam in spiritu suæ mentis renovata veterem hominem cum suis actibus exuat, & novum, qui secundum Deum creatus est induere mereatur. Per eumdem Dominum nostrum &c. ℟. Amen.

Omnes genuflectunt, etiam Episcopus cum mitra, & dicuntur Litaniæ SS. incipiendo duo Moniales, & interim amoventur ornamenta a Monachanda.

LITANIÆ SANCTORUM.

KYrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
Sancta Maria, ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora
Sancta Virgo Virginum, ora
Sancte Michael. ora
Sancte Gabriel, ora
Sancte Raphael, ora
Omnes sancti Angeli, & Archangeli, orate pro nobis Om-

Omnes sancti beatorum Spirtuum ordines, orate
Sancte Joannes Baptista, ora
Sancte Joseph, ora
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate
Sancte Petre, ora
Sancte Paule, ora
Sancte Andrea, ora
Sancte Jacobe, ora
Sancte Joannes, ora
Sancte Thoma, ora
Sancte Jacobe, ora
Sancte Philippe, ora
Sancte Bartholomæe, ora
Sancte Matthæe, ora
Sancte Simon, ora
Sancte Thaddæe, ora
Sancte Mathia, ora
Sancte Barnaba, ora
Sancte Luca, ora
Sancte Marce, ora
Omnes sancti Apostoli, & Evangelistæ, orate
Omnes sancti Discipuli Domini, orate pro nobis.
Omnes sancti Innocentes, orate pro nobis.
Sancte Stephane, ora
Sancte Laurenti, ora
Sancte Vincenti, ora
SS. Fabiane, & Sebastiane, orate pro nobis.
SS. Ioannes, & Paule, orate
SS. Cosma & Damiane, orate
SS. Gervasi, & Protasi, orate
Omnes sancti Martyres, orate
Sancte Silvester, ora
Sancte Gregori, ora
Sancte Ambrosi, ora
Sancte Augustine, ora
Sancte Hieronyme, ora
Sancte Martine, ora
Sancte Nicolae, ora
Omnes sancti Pontifices, & Confessores, orate
Omnes sancti Doctores, orate
Sancte Antoni, ora
Sancte Pater Benedicte, ora
Sancte Pater Bernarde, ora
Sancte Dominice, ora
Sancte Francisce, ora
Omnes sancti Sacerdotes, & Levitæ, orate
Omnes sancti Monachi, & Eremitæ, orate
Sancta Maria Magdalena, ora
Sancta Agatha, ora
Sancta Lucia, ora
Sancta Agnes, ora
Sancta Cæcilia, ora
Sancta Catharina, ora
Sancta Anastasia, ora
Omnes sanctæ Virgines, & Viduæ, orate pro nobis,
Omnes Sancti, & Sancte Dei, intercedite pro nobis.
Propitius esto, parce nobis Domine.
Propitius esto, exaudi nos Domine,
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab omni peccato, libera
Ab ira tua, libera
A flagello terræmotus, libera nos Domine.
A peste, fame, & bello, libera
A subitanea & improvisa morte, libera
Ab insidiis diaboli, libera
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera
A spiritu fornicationis libera

A ful-

A fulgure, & tempestate, libera nos Domine.
A morte perpetua, libera
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ, libera
Per Adventum tuum, libera
Per Nativitatem tuam, libera
Per Baptismum, & sanctum jejunium tuum libera
Per Crucem, & Passionem tuam, libera
Per mortem, & sepulturam tuam, libera
Per sanctam Resurrectionem tuam. libera
Per admirabilem Ascensionem tuam. libera
Per adventum Spiritus sancti Paracliti, libera
In die Judicii, libera
Peccatores, te rogamus, audi nos.
Ut nobis parcas, te rog.
Ut nobis indulgeas, te rog.
Ut ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rog.
Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, & conservare digneris, te rog.
Ut Domnum Apostolicum & omnes Ecclesiasticos Ordines in sancta Religione conservare digneris, te rog.
Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rog.
Ut Turcarum, & Hæreticorum conatus reprimere, & ad nihilum redigere digneris, te rog.
Ut Regibus, & Principibus christianis pacem, & veram concordiam donare digneris, te rogamus, audi nos.
Ut cuncto populo christiano pacem, & unitatem largiri digneris, te rog.
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, & conservare digneris, te rog.
Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas, te rog.
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rog.
Ut fructus terræ dare, & conservare digneris, te rog.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rog.
Surgit Episcopus cum mitra, accipit baculum pastoralem, vertit se ad Puellam vestiendam, & dicit.
Ut hanc præsentem electam bene✠dicere digneris, te rog.
Ut hanc præsentem electam bene✠dicere, & sancti✠ficare digneris, te rog.
Iterum Episcopus cum mitra, deposito baculo pastorali, genuflectit, & prosequuntur Litaniæ a Monialibus.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus, audi nos.
Filii Dei, te rog.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Dñe.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Dñe.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Chri-

Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Episcopus genuflexus cum mitra dicit.

Pater noster &c.

& secreto prosequitur usque ad

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvam fac famulam tuam,
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

Surgit Episcopus, & stans sine mitra dicit.

OREMUS

DEus indulgentiarum Pater, qui severitatem tuæ districtionis temperans indulsisti, ne filius portet iniquitatem Patris, & qui mira dispensatione etiam malis bene utens tuæ dignationis gratiam per eos frequenter operaris; quæsumus clementiam tuam, ut huic famulæ tuæ non obsistat, quod habitum Religionis per nos tanta, ac tali re indignos accipit, sed ministerium, quod per nos exhibetur exterius, tu interius per donum Sancti Spiritus exequaris. Per Dominum nostrum &c. ℟. Amen.

Episcopus sedet cum mitra, & a Matre Abbatissa inciduntur Capilli. Interim Moniales alternatim recitant.

Antiph. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Psalm. 15.

COnserva me Domine, quoniam speravi in te: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.
Sanctis, qui sunt in terra ejus: mirificavit omnes voluntates meas in eis.
Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt.
Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.
Dominus pars hæreditatis meæ, et calicis mei: tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. Fu-

Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.
Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper, & usque ad noctem increpuerunt me renes mei.
Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commovear.
Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea: insuper, & caro mea requiescet in spe.
Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem.
Gloria Patri &c.
Antiph. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Nunc Puella projcit Capillos, & dicit.

Omnem ornatum sæculi contemno propter amorem Domini mei Jesu Christi.

Episcopus stans sine mitra dicit.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS

PRæsta quæsumus Omnipotens Deus, ut hæc famula tua, quæ hodie comam capitis pro amore divino deposuit, in tua dilectione perpetuo maneat, & eam sine macula in sempiternum custodias Per Christum Dominum &c. ℟. Amen.

OREMUS

OMnipotens sempiterne Deus propitiare peccatis nostris, & ab omni servitute sæcularis habitus hanc famulam tuam emunda, ut dum vanitatem sæcularis habitus deponit, tua semper gratia perfruatur, & tua virtute hæreditatem consequi mæreatur æternam Per Christum &c. ℟. Amen.

Puella exuitur vestibus sæcularibus, & Episcopus sedens cum mitra dicit.

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis, & renovet mentis tuæ spiritum. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Puella projiciendo vestes dicat.

Abrenuntio mundo, & pompis ejus.

Induitur statim habitu Religionis, & Episcopus dicit.

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis. In nomine Pa✠tris &c.

Dum Abbatissa eam cingit, dicat Episcopus.

Præcinge lumbos tuos, in signum temperantiæ, & castitatis. In nomine Pa✠tris &c.

Imponitur scapulare, dicente interim Episcopo.

Accipe clamidem, in signum pænitentiæ, & mortificationis, ut mortua mundo, Deo vivas. In nomine Pa✠tris, &c.

In impositione Veli, Episcopus dicit.

Accipe Velum super caput tuum in signum obedientiæ, & puritatis. In nomine Pa✠tris, &c.

Dum ponitur corona super Velum, dicat Episcopus.

Accipe Coronam, ut efficiaris Sponsa Christi & fideliter illi serviens, immortalitatis gloria coroneris. In nomine Pa✠tris, &c.

Detur in manibus Puellæ corona precatoria, & Psalterium, & Episcopus dicat.

Accipe signum orationum in manibus tuis, ut more contemplantis, contempta felicitate terrena, præsentem vitam habeas

beas in pœnitentiam, & in desiderio futuram cupiens dissolvi, & esse cum Christo. In nomine Pa✠tris, &c.

Dum Abbatissa tradit ei Crucem, dicat Episcopus.

Accipe Crucem, Passionem Domini nostri indicantem, ut crucifixa mundo, cunctas ejus vanitates spernas, & post exitum præsentis vitæ, ad cælestia gaudia perducaris. In nomine Pa✠tris, &c.

Mox traditur Candela accensa, & Episcopus dicit.

Accipe Candelam, in signum supernæ illustrationis, & inflammatæ Charitatis, sitque lucerna ardens semper in manibus tuis, ut cum venerit Sponsus, exire possis obviam ei, & intrare cum eo ad nuptias. In nomine Pa✠tris, &c.

Modo imponitur Novitiæ nomen, & Episcopus dicit.

Consuetudo est omnibus deserentibus mundum, & euntibus ad serviendum Deo nomen immutari, ut sicut nomen: mutentur vita, mores, & opera.
Tu modo vocaris N. N.
Ex nunc vocaberis N. N.

Deinde stans Episcopus sine mitra ad Novitiam versus dicat.

℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

ADesto Domine supplicationibus nostris, & hanc famulam tuam bene✠dicere digneris, cui in tuo nomine sanctæ Religionis habitum imposuimus, ut te largiente devota in Religione persistat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Episcopus stans sine mitra intonat hymnum. Te Deum Laudamus &c. *& a Monialibus prosequitur cum cantu, & organo. Interim Novitia surgens reverentiam facit Episcopo, & a*

Matre Abbatissa, & ceteris Monialibus recipitur ad amplexum.

HYMNUS.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli: tibi cœli, & universæ potestates.
Tibi Cherubim, & Seraphim: incessabili voce proclamant
Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cœli, & terra: majestatis gloriæ tuæ.
Te gloriosus Apostolorum chorus.
Te Prophetarum laudabilis numerus.
Te Martyrum candidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum: sancta confitetur Ecclesia.
Patrem immensæ majestatis.
Venerandum tuum verum, & unicum filium.
Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.
Tu Rex gloriæ Christe.
Tu Patris sempiternus es filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti Virginis uterum.
Tu devicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna cœlorum.
Tu ad dexteram Dei sedes: in gloria Patris.
Judex crederis esse venturus.

Hic genuflectitur.

Te ergo, quæsumus, tuis famulis subveni: quos pretioso Sanguine redemisti.
Æterna fac cum Sanctis tuis: in gloria numerari.
Salvum fac populum tuum Domine: & benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos: & extolle illos usque in æternum.
Per singulos dies, benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in sæculum; & in sæculum sæculi.
Dignare, Domine, die isto: sine peccato nos custodire.
Miserere nostri Domine: miserere nostri.
Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum speravimus in te.
In te Domine speravi: non confundar in æternum.

Episcopus stans sine mitra dicit

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis,
℟. A Templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.

℣. Ora-

℣. Orate pro nobis Beati Patres Benedicte, & Bernarde,
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat,
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS

PRætende Domine famulæ tuæ dexteram cælestis auxilii, ut te toto corde perquirat, & quæ digne postulat assequatur.

EXcita Domine in famula tua spiritum, cui Beati Patres Benedictus, & Bernardus Abbates servierunt: ut eodem ea repleta studeat amare, quod amarunt, & opere exercere, quod docuerunt. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

His completis, Episcopus accedit in medio Altaris cum mitra, & dicit.

℣. Sit nomen Domini benedictum,
℟. Ex hoc nunc, & usque, in sæculum.
℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
Benedicat vos Omnipotens Deus.

Accipit baculum pastoralem, et vestens se ad populum, dicit.

Pa✠ter, & Filius ✠, & Spiritus ✠ sanctus. ℟. Amen.

Si vero non sit Episcopus omisso sit nomen &c. dicat.

Pax, & benedictio Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus ✠ sancti descendat super vos, & maneat semper.
℟. Amen.

Exuitur Episcopus vestibus Pontificalibus, & Abbatissa, & Novitia agant ei gratias.

OR-

ORDO

Servandus in admittendis Monialibus Monaſterii S. Suſannæ de Urbe ad Solemnem Profeſſionem.

HOra congrua, Episcopus indutus vestibus Pontificalibus, sedeat ad cratem in Ecclesia, cum mitra ad quem accedat Concionator, & genuflexus petat benedictionem, & postea Sermonem habeat, quo completo Novitia intus genuflexa ante Episcopum, teneat in manibus suis Crucem, ac Coronam super caput.

Episcopus eam interroget.

Quid petis Filia in Christo charissima?

Novitia respondeat.

Peto admitti ad Professionem Monialium Congregationis Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis in hoc Venerabili Monasterio S. Susannæ Virginis, & Martyris.

Si plures fuerint omnes eodem modo respondeant.

Subjungat Episcopus.

Promittis stabilitatem tuam, & conversionem morum tuorum, quantum, Domino adjuvante, poteris, secundum Regulam Sanctissimi Patriarchæ Benedicti Abbatis, & Constitutiones hujus Monasterii?

Illa respondeat,

Promitto.

Episcopus dicat,

Deo gratias.

Episcopus deposita mitra genuflectit, & intonat hymnum.

Veni Creator Spiritus. *ut supra pag.* 4.

Mo-

Monialibus prosequentibus. Quo completo, Episcopus stans sine mitra, dicat.

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur,
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui corda Fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Nunc Novitia coram Episcopo genuflexa legat Professionem propria manu antea scriptam, & Crucis signo munitam.

NEl Nome del nostro Signore Gesù Cristo Amen. Nell'Anno della Natività dello stesso nostro Signore Mille .... a dì ..... del Mese di ..... Io Donna N. N. chiamata nel Secolo N. N., figlia del Sig. N. N., e della Sig. N. N., Romana, prometto con Solenne Professione la mia stabilità, obedienza, conversione, e riforma de' miei costumi, vivendo in Povertà, Castità, e perpetua Clausura, secondo la Regola del Padre S. Benedetto, e Costituzioni di questo Monastero della Congregazione di S. Bernardo Abate dell'Ordine Cisterciense, avanti Dio, la Santissima Vergine Maria, e tutti li Santi, le Reliquie de'quali si conservano in questa Chiesa eretta in onore di S. Susanna Vergine, e Martire, alla presenza dell'Emo, e Rdmo Sig. Cardinale N. N., *se sarà Cardinale*, ovvero dell'Illmo, e Revmo Monsignor N. N., *se sarà Prelato Vescovo*, dell'Illmi Signori Visitatori, e di lei Reverenda Madre nostra Donna N. N. Abbadessa, e di tutte le Reverende Monache di questo Monastero. In Fede di che ho scritta, e sottoscritta la presente mia Professione di propria mano, ed anche segnata col segno di Cro✠ce.

Io N. N. mano propria.

Se una Conversa non sapesse scrivere vi farà il segno di Cro ✠ ce.

Hæc

Hæc charta tradatur Abbatissæ, ut eam in Archivio servet.

Deinde dicat Episcopus stans sine mitra, & Novitia genuflexa.

Oremus Fratres, & Sorores Dominum nostrum Jesum Christum, ut, quod hodie Soror ista ore professa est, opere feliciter compleat.

TE item Domine Jesu Christe Filii Dei vivi, qui tuis Discipulis asseruisti, ut, quicumque vult post te venire abneget semetipsum, & tollens Crucem suam sequatur te; quæsumus, ut hanc famulam tuam, quæ juxta verbum tuum seipsam abnegare, suamque Crucem tollere, & te sequi voluit, ac sanctæ Religionis Professionem, nunc sponte emisit: bene✠dicas, & semper, ac ubique protegas, a periculis omnibus eruas, a vinculis peccatorum absolvas, dies, & actus ejus in tua pace disponas, ac prospera cuncta concedas, ut inter præsentis sæculi turbines tuo semper munere gubernetur. Qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu sancto vivis, & regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Sedet Episcopus cum mitra, & Novitia genuflexa, dicat cantando ter sequentem Versum, Choro semper eumdem repetente.

℣. Suscipe me Domine secundum eloquium tuum, & vivam, & non confundas me ab expectatione mea.

Post ultimam Versus repetitionem subjungat Chorus Gloria Patri &c.

Deinde omnes genuflectunt, etiam Episcopus cum mitra. Novitia humi prostratur, pallio nigro cooperta, & interim pulsantur Campanæ tribus vicibus, ut in funere alicujus defunctæ moris est, & dicuntur Litaniæ Sanctorum ut sup. pag. 5.

Post ultimum Kyrie eleison, Episcopus manens genuflexus dicit. Pater noster; *& sequentes versus.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvam fac Ancillam tuam Domine,
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto,

℟. Et

℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea,
℟. Et Filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis,
℟. A facie inimici.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

Surgit Episcopus, & stans sine mitra, dicit.

OREMUS

DOmine Jesu Christe, qui es via, sine qua nemo venit ad Patrem; benignissimam clementiam tuam postulamus, ut hanc famulam tuam a desideriis carnalibus abstactam, per iter disciplinæ Regularis deducas, & qui peccatores vocare dignatus es dicens, venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam: præsta, ut hæc vox invitationis tuæ ita in ea convalescat, quatenus peccatorum onera deponens, & quam dulcis es gustans, tua refectione sustentari mereatur: sicut de tuis ovibus attestari dignatus es, agnosce eam inter oves tuas, & ipsa te agnoscat, ut alienum non sequatur, sed te, neque audiat vocem alienorum, sed tuam, qua dicis; qui mihi ministrat, me sequatur. Qui vivis, & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amen.

OREMUS

SAncte Spiritus, qui te Dominum, ac Deum revelare mortalibus dignatus es; immensam tuæ bonitatis gratiam postulamus, ut sicut ubi vis spiras, sic huic famulæ tuæ affectum devotionis indulgeas, ut quoniam tua sapientia est condita, tua quoque providentia gubernetur: quam juxta consuetam tibi gratiam unctio tua de omnibus doceat, & per intercessionem beatissimi Benedicti Abbatis, quem præcipuum hujus sanctæ institutionis legislatorem dedisti; nec non S. Patris Bernardi Abbatis, & aliorum sanctorum, ad quorum nomina petitionem facit, eam a vanitate sæculi veraciter converte, & sicuti es omnium peccatorum remissio, deprimentes impietatis obligationes in ea dissolve, & ad observantiam sancti hujus propositi fac eam cer-

tatim fervére, in tribulationibus, & angustiis tua indulgenti consolatione valeat respirare, & pie, sancte per veram humilitatem, atque obedientiam in fraterna charitate fundata, quod te donante promisit, felici perseverantia compleat, quod ipse præstare digneris, qui cum Patre, sanctoque Filio ejus Domino nostro Jesu Christo vivis, & gloriaris Deus per infinita sæcula sæculorum. ℟. Amen.

His completis, Episcopus sedet cum mitra, & dicit.

Surge, quæ dormis, exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.

Amoto pallio nigro, Novitia surgit manendo genuflexa.

Abbatissa exuit eam scapulare albo, & dum induit nigro, Episcopus dicit,

Induat te Dominus novam Creaturam, quæ secundum Deum creata est in justitia, & sanctitate veritatis. In nomine Pa✠tris, & Fi✠lii, & Spiritus ✠ sancti. ℟. Amen.

Dum cingitur, Episcopus dicit.

Præcinge lumbos tuos, & esto fidelis custos castitatis, ut ad sponsi cordium pudicorum nuptias pervenire merearis. In nomine Pa✠tris, &c.

Postea imponitur Cuculla, Episcopo dicente.

In Conversarum Professione ommittitur, sicuti sequens de Velo.

Induere Cucullam, innocentiæ, & humilitatis signaculum, & ita innocenter vive, ut ad gaudia æterna valeas pervenire. In nomine Pa✠tris, &c.

In Impositione Veli dicat Episcopus.

Accipe Ancilla Christi Velum Professionis tuæ perpetuum signum, cum quo feliciter regna cælorum valeas introire. In nomine Pa✠tris, &c.

Deinde Episcopus, dum imponitur Corona capiti Professæ, dicit.

Impo-

Impone capiti tuo Coronam ut efficiaris Sponsa Christi, & illius honorem zelare non erubescas. In nomine Pa✠tris &c.

Professa ambabus manibus accipiat Breviarium, & Episcopus dicat. In Professione Conversarum omittitur.

Accipe potestatem legendi Officium, & incipiendi horas Canonicas in Choro. In nomine Pa✠tris, &c.

Tradatur Candela accensa in manibus Professæ, & Episcopus dicat.

Accipe Candelam in manibus tuis, & sic luceas coram hominibus, ut videant opera tua bona, & glorificent Patrem tuum qui in cælis est. In nomine Pa✠tris, &c.

Episcopus stans sine mitra, dicit.

OREMUS

FAmulam tuam Domine pro tui nominis amore sæculo renunciantem benigne suscipe, & Spiritus tui gratia perfunde, qua confirmata, & a peccatis omnibus absoluta, promissa perseveranter impleat, & ad vitam æternam perveniat. Per Dominum nostrum Jesum Christum &c. ℟. Amen.

Deinde intonet stans sine mitra Hymnum. Te Deum laudamus &c. ut supra pag. 12.

Et a monialibus cantatur cum Organo. Interim Professa facta profunda reverentia Episcopo, ab Abbatissa, & ceteris Monialibus recipitur ad amplexum.

Postremo Abbatissa assignat ei locum in ultimo Professarum gradu.

Completo Hymno Episcopus stans sine mitra, dicat.

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis,
℟. A Templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum,
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

ACtiones nostras quæsumus Domine aspirando præveni, & adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat & per te cæpta finiatur. Per Christum Dominum &c. ℟. Amen.

OREMUS

DEus, qui Beatissimos Benedictum, & Bernardum de ejus, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptione eductos, numerosæ sobolis Parentes virginea fæcunditate fecisti; concede propitius, illis pro hac famula tua intercedentibus: ut qui eos viæ, qua itur ad te, duces, ac magistros habere meruit, ipsorum vestigiis inhærendo, quæ retro sunt oblita, bravium supernæ vocationis tuæ constanter persequi, feliciter assequi mereatur. Per Dominum nostrum &c. ℟. Amen.

Episcopus ascendit in medio Altaris, & stans cum mitra versus Altare, dicit.

℣. Sit nomen Domini benedictum,
℟. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.
℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini,
℟. Qui fecit cælum, & terram.
Benedicat vos Omnipotens Deus

Accipit baculum pastoralem, & vertens se ad populum dicit.

Pater, ✠ & Filius, ✠ & Spiritus ✠ sanctus ℟. Amen.

Si vero non sit Episcopus, dicat.

Pax, & benedictio Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus ✠ sancti descendat super vos, & maneat semper.
℟. Amen.

Exuitur Episcopus vestibus Pontificalibus, & Abbatissa, & Professa, agant ei gratias.

OR-

ORDO

Servandus in electione Abbatissæ, cum Orationibus dicendis.

CUm agatur hic de electione facienda per Moniales, quæ utplurimum linguam latinam non recte intelligunt, vulgari sermone omnia exponentur.

APprossimandosi il tempo, in cui deve eleggersi la nuova Madre Abbadessa, quella, che allora si troverà in tal' officio ne darà avviso all'Emo., e Rmo. Sig. Cardinal Protettore, ed agl' Illmi. Sig. Deputati, dei quali vi debbono intervenire almeno due. Fissata la giornata per una tal'elezione, la Madre Abbadessa, che scade convocherà il Capitolo, e parteciperà all'altre Religiose, che in tal giorno si verrà all'elezione della nuova Abbadessa, e le porrà in considerazione essere strettamente tenute posporre qualunque rispetto umano, o passione, e di eleggere quella, che in Coscienza, giudicheranno la migliore sì per l'esemplarità de' costumi, come per idoneità al buon governo spirituale, e temporale del Monastero, e che abbia quarant'anni d'età, ed otto di Professione, conforme ordina il Concilio di Trento Sess. 25. Cap. 7. De Regularibus. *Farà leggere in detto Capitolo a voce alta il Capo IV. della Regola del P. S. Benedetto* : Dell'Abbadessa &c. *e l'esorterà a prepararsi alla Confessione, e Communione da farsi in quel giorno.*

A questa elezione interverranno col voto le sole Monache coriste, purchè abbiano compito l'anno quinto della Professione, ed in quella mattina si celebrerà la Messa votiva dello Spirito santo, per invocare specialmente il celeste lume in un'azione di tanta importanza, ed immediatamente, o pure dopo il Vespero, secondo il commodo di S. E., o altro, che presiederà in di lui vece, convocate tutte le Monache vocali nella stanza Capitolare appresso le grate, stando di fuori S. E. o chi presiederà, coll'Illustriss. Sig. Deputati; la Madre Abbadessa genuflessa rinuncierà il suo Officio con dir la sua colpa, accusandosi delle negligenze, e trascuragini commesse nel decorso del suo governo, consegnando la Regola del P. S. Benedetto, il Sigillo, e le Chiavi del Monastero. Allora, chi presiede, se sarà Sacerdote, o uno degl'Illustrissimi

Sig.

Sig. Deputati, le assegnerà per le accusate colpe la recita del salmo Miserere, *e alzandosi in piedi l'assolverà dall'Officio nella seguente forma.*

Ego N. N. hujus Monasterii S. Susannæ Protector *vel* Deputatus, auctoritate Dei Omnipotentis, mihi, licet, indigno concessa, absolvo te, & absolutam pronuncio ab administratione hujus Monasterii tibi commissi. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ✠ Sancti. ℟. Amen.

